

## De vegetabilibus et plantis

ombus et afflictionibus pleni: cum spinis th. i. afflictionibus carnis habet albedinem inoentie et puritatem mentis. Secundo sancti viri assimilant lignis thinis: quia ligna thina sunt ipuribilia: quia ut quidam dicunt nec in igne comburunt: nec in aqua resoluunt. Sic sancti viri sunt per constantiam solidi: quia nec igne aduersitatis videntur: nec aqua voluptatum resoluuntur. **Ps. lxxv.** Transiunt per ignem et aquam. Tertio sancti viri sunt siles lignis thinis. Quia talia ligna sunt specularia: sunt enim valde fulgentia et ad modum speculi polita siue ad modum vnguis. **Am.** in eis reseruntur imagines sicut in vngue. Sicut sancti habent se per modum speculi. In quorum vita velut in quodam speculo quilibet conspiciere potest vitam suam. **vl.** **Ps.** sit fedas ab ea dissentiat: **vl.** **Ps.** sit pulchra si in ea conueniat. Ex his autem veris salomō rps fecit in domo ecclesie gradus: quia ex eorum exemplis conspiciuntur qualiter ad vitam eternam scade re debeant. Fecit etiam ex his fultra. i. sedilia: quia ex eorum quoque virtutibus colligere possumus quales nos esse oportet: ut in nobis velut in suis sedibus resideat deus. **Ca. LXXI**

**Q**uasi sapientia assimilatur amomo. de quo fit mentio. **Apo. xviii.** Cinamomum et amomum et odoramentorum etc. Amomum est herba nascens in Syria: cui sapientia assimilatur: primo propter odorum varietatem. Est enim herba odorifera habens odorem sicut cinamomum. Item est colore subrufa habens folia iuncta: et semina copiosa: et albam florem ut viola: sicut dicitur: **Diasco.** Sicut sapientia est odorifera: quia generat honestatem: et colore subrufa: quia inflammat charitatem. et habet folia. i. verba coniuncta in quantum suadet unitatem: et in semine copiosa per verborum affabilitatem vel affluibilitatem. **Ita** semine est verbum dei quod sapientia affluit. Item habet florem album per contemplationis puritatem: quia quasi albi flores sunt pure meditationes. Secundo sapientia assimilatur amomo propter proprietatum elegibilitatem: quia illud amomum est eligendum quod est recens longum album semine plenum: super virgas purpureas expansum: maxime odoriferum et poderosum. **Am.** propter omnes istas proprietates doctrina sapientie. i. sacre scripture est inter doctrinas maxime eligenda. **Ita** ipsa est semper recens propter expositionum nouitatem: ipsa longissima per temporis diurnitatem. **Ipsa** et cepit tradi

ut dicit **Aug.** ab exordio generis humani et durabit usque ad finem. Et ideo ipsa de se dicitur **Ecc. xliij.** Ab initio et ante secula creata sunt et usque ad futurum seculum non desinant. Item ipsa est alba propter sermōis puritatem. in qua nulla idcirco obumbratio vel puritatis fallitatis: sermine plena propter verborum fecunditatem. **Ita** verba dei que in ipsa continentur quasi quodam semina sunt quibus filii spirituales in fide christi generantur. **Jaco. i.** Voluntarie enim genuit nos verbo veritatis etc. Item est super virgas purpureas. i. super mentes doctorum et martyrum expansa. **Ipsi** enim fuerunt virge propter transgressorum correptionem: propter errantium directionem: propter debiliū sustentationem. Fuerunt etiam purpuree propter amoris inflammationem: propter sanguinis effusionem: vel propter regiminis plationem. **Ita** purpureus quidem color est regal color. Item odorifera propter honestatem. **Honestas** enim assimilatur odori propter attractionem: quia honestum est quod sua virtute nos trahit: ut dicit **Tullius.** De sapientia de **Sap. vij.** Venērunt mihi omnia bona pariter cum illa: et innumerabilis honestas per manum illam. Item ipsa est poderosa per suavitatem gravitatem: **Esa. xliij.** Verba legis poderosa. Tertio propter virtutem multipliciter. **Habet** enim amomum multas virtutes videlicet scorpionum ictibus resistit: oculos fovendū: et dolorem intestinorum sedandū. Sic sapientia ictibus scorpionum. i. deceptioibus obuiat hereticorum: oculos mentis illuminando confortat: et in doloribus consolatur et letificat. Item sapientia assimilatur burro. **Ita** propter substantie soliditatem. Est enim arbor huiusmodi solide substantie et compacte: et humiditate viscosa. propter quod lignum est poderosum: et in aqua nullum momentum petit fundum: quia poderosus aptus non habet in quibus subintret aer. propter hoc super aquam natare non potest. Sicut sapientia vera et spiritualis reddit huiusmodi solidum. i. patientem in aduersis: et compactum. i. constantem in periculis: et humidum. i. abundanter in lacrymis. **Ita** cor sapientis ubi tristitia: **Ecc. vij.** Item viscosum in amicitijs. **Ita** viscus illud quod ei adheret: non tamen capit se et tenet. Quia scilicet homo sapiens tenax. i. firmus est in amicitia quare accipit. Item fac poderosum in verbis: **Ecc. xxi.** Verba sapientium statera poderabunt. Item profundum in scripturis. **Ita** petere aquam fundum est penetrare profunditatem scripturę: secundum illud **Job. xviii.** Profunda fluminum scrutatur: et abscondita produxit in lucem. Secundo. p